

1692.

1310 d. 7 Sept.

Kalsbacka.

BENGT PETERSSONS och hans syster MARGARETAS salubref på en lott i en äng till Nils Kettils-  
sons enka, Fru Bengta.

A. 6. a.

Omnibus, ad quos presentes littere peruenerint. BENEDICTUS PÆTERSSON.  
et MARGARETA soror sua. salutem jn domino sempiternam Tenore presen-  
cium. constare volumus, Omnibus Euidenter, nos nobili domine, Benedicte  
relicte domini nicholai kiættilsson totam partem in prato dicto hiardæwiikk.  
ad nos pertinentem, per testes ydoneos. ac eciam secundum legum formam,  
testimonialiter vendidisse Pro precio competentj, humiliter supplicantes, ne  
quis successorum nostrorum. seu quiuus alter, dictam nobilem domjnam (!)  
siue heredes eius velit. aut conetur, super hac condicione. Molestare, vel tur-  
bare, seu quomodolibet jnpedire. Ad istud autem precauendum. ne in po-  
sterum aliqua possit vel debeat. canillacionis materia suborirj, sigillo nostro,  
vna cum sigillis discretorum videlicet domini johannis de kaheret, et Domini  
gislonis clerici eiusdem domine .B. presentes litteras, duximus Roborandas.  
Actum, et Datum. kalsbackæ. Anno domini. M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. decimo. jn vigilia  
natiuitatis virginis gloriose.

Sigillet N. 1 skadadt, 2 och 3 bortfallna.

1693.

1310 d. 8 Sept.

Stegeborg.

Konung BIRGERS stadfästelse på det byte, hvarigenom Konung Magnus erhållit jord i Wal-  
munzö, Ekeby och hospitalstomten vid Stockholm, af Upsala domkyrka, emot jord i Nor-  
by i Wingru, i Husabybro, fisket under bron i Upsala och halfva ån på ett bestämdt  
afstånd, hvilket byte Marsken Thorkel Knutsson å kronans vägnar klandrat och kyrkan  
afhändt jord i Husaby Bro och Staf, som nu återställes.

A. 3. a.

BYRGERUS dei gracia sweorum gothorumque Rex. Omnibus presentes  
litteras Jnspecturis. Salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi,  
quod Nos permutacionem prediorum, per bone memorie patrem nostrum  
karissimum dominum Magnum, Regem swecie illustrem, cum ecclesia vpsa-  
lensi olim factam de prediis infrascriptis, videlicet in Walmunzø. Tredecim  
oris terre cum dimidio, et duobus denariis cum dimidio, Jn Ekiby duode-  
cim oris terre, et area tota sita prope stocholmis, in qua aliquando fuit  
domus leprosorum, Cimiterio dumtaxat excepto. Que predia jdem pater  
noster habuit de ipsa Ecclesia vpsalensi Recompensando sibi in Wingru,  
in villa Norby, viginti duas oras terre, Jn husaby bro, dimidiam Marcham  
terre, Jtem piscariam vpsalie sub ponte, et medietatem ampnis ibidem ad  
orientem, jn longitudine sexcentorum quinquaginta pedum, que sic ibi tri-

bus limitibus est distincta, prout hec omnia in litteris dicti patris nostri super hoc confectis plenius continentur, ratam, gratam, et firmam perpetuis temporibus esse volumus, licet thyrgillus quondam Marscalcus noster, predictam permutacionem nostro nomine aliquando nisus est infirmare, auferendo supradicte Ecclesie vpsalensi duodecim oras terre, videlicet in brohusaby, dimidiam Marcham terre. et in stafh. vnam Marcham terre, vltra id, quod expressum est in permutacione superius nominata, Quas duodecim oras terre. eidem Ecclesie vpsalensi exnunc restituimus pleno jure perpetuo possidendas, cum permutacio sepepredicta facta cum patre nostro tanto sit tempore obseruata pacifice et quiete quod swadente iusticia secundum leges patrie iuste nec potuit nec debuit retractari, In Cuius ratificacionis et restitutionis nostre euidentiam plenioram, secretum nostrum quia sigillum nostrum maius penes nos non habemus presentibus duximus apponendum. Datum apud stækaborgh anno domini, M<sup>o</sup>, CCC<sup>o</sup> decimo, jn die Natiuitatis beate virginis.

*På fränsidan:* Littera domini birgeri Regis super ampne vpsalie.

Sigillet bortfallet, har varit fästadt på ett snöre af silkestrådar.

1694.

1310 d. 8 Sept.

Upsala.

Anders Erikssons enka, MARGARETA ERIKSDOTTERS fullmagt för Prestmannen Michael, att gifva Abbedissan i Wårfruberga fasta på de gårdar, som hon till klostret bortbytt.

A. 3. k.

Omnibus presentes litteras inspecturis, MARGARETA ERICI filia, relicta Andree Eskilsson bone memorie salutem in domino sempiternam, Quia quandam commutacionem curiarum et prediorum cum nobili domina, domina abbatissa de monte beate virginis in insula Fodhøø totoque conuentu ibidem nouiter feceram, committo exhibitori presencium domino Michaeli presbitero stýrberni Thorstenson auctoritatem plenariam, ad dictum prediorum concambium prefate domine abbatisse firmarios et testes dictos in wlgari lýsn seu fastar in communi placitacione dandi et pronunciandi, ac ex parte mea libere nominandi, Ratum et gratum habens, quidquid dictus dominus Michael in hoc negocio nomine meo hac vice fecerit, ac si personaliter facerem si adessem. Sed quia sigillum proprium non habui, sigillum stýrberni Thorstenson in premissorum rati habicionem duxi presentibus apponendum, Datum vpsalie anno domini M<sup>o</sup>. C.C.C<sup>o</sup> X<sup>o</sup>. in die Natiuitatis beate Marie, virginis gloriose.

Sigillet, jemte den ur brefvet klippta remsan, borta.